



Per.
Lat
020

LATIN IEJÚSÁGI FOLYÓIRAT. LATEINISCHE JUGENDZEITSCHRIFT. REVUE LATINE DE LA JEUNESSE.

Administrator, ad quem pecuniae dirigantur: ALEXANDER REGÉNYI, Budapest, VII., Barcsay-u. 5. (tel: 142-215).

Moderator, ad quem manuscriptamittantur: I. WAGNER DR. Budapest, XI., Lágymányosi-utca 20. (telephon: 268-634).

Prodit Budapestini quotannis decies. Preium subnotationis an. 1936-37. in Hungaria 3 pengoe, extra Hungariam 4 pengoe. Gyrus aerarii comparsorum postalis in Hungaria: 57.292, in Austria: A-37.880. Subnotatores earum gentium, unde simplex pecuniarum transmissio impeditur, utantur schidulis. Coupon réponse internationale appellatis, quarum si quis decem in epistola ad administratorem mittit, preium annum solvit. Quinis exemplaribus sextum gratuito additur.

Macrobius: De Augusto Principe. (2)

Guilelmus Marczis, prof. Rákóczianni Budapestinensis.

8. Filia Caesaris unica, nomine Iulia, iam⁷ mature¹ canos² habere cooperat capillos, quos legere³ secrete solebat. Interventus⁴ patris subitus aliquando ornatrices⁵ oppressit.⁶ Augustus canis super vestem earum deprehensis dissimulabat.⁷ Tempore alii sermonibus extracto⁸, mentionem aetatis induxit. Filiam interrogavit, utrum post aliquot annos cana esse mallet, an calva?⁹ Illa ita respondebat: «Ego, pater, cana esse malo.» Augustus sic ei mendacium obiecit:¹⁰ «Quare ergo istiae mulieres te calvam tam cito faciunt?»

9. Augustus Caesar iocos¹¹ quoque affectare¹² solebat, salvo¹² tamen maiestatis et pudoris respectu nec¹³ ut¹³ caderet¹⁴ in scurram.¹⁴ «Aiacem» tragœdiam scripserat et in ea, quod sibi dispu- cisset, deleverat.


Postea L. Varius, scriptor tragœdiarum eum interrogabat, quid Aiac suus ageret et Augustus: «In spongiam,¹⁵ inquit, incubuit.¹⁶

10. Idem Augustus, cum quidam ei libellum trepidus offerret et modo proferret manum, modo retraheret: «Putas, inquit, te assem¹⁶ elephantu dare?»

11. Eques quidam Romanus praefecturā submotus est. Cum ille insuper salarium¹⁷ postulasset dixisset-

que: «Non lucri causā dari hoc mihi rogo, sed ut iudicio tuo munus impetrasse¹⁸ videar et ita officium deposuisse,» Augustus hoc dicto reper- cussit:¹⁹ «Tu te accepisse apud omnes affirma et ego dedisse me non negabo.»

¹ korán = frühzeitig = trop tôt ² ösz = grau = gris ³ kiszedni = ausraufen = arracher ⁴ közbejövetel = Dazwischenkunft = arrivée ⁵ fodrásznő = Haarpflegerin = coiffeuse ⁶ meglepni = überraschen = surprendre ⁷ eltitkolni = nicht merken lassen = faire semblant de n'avoir rien vu ⁸ (időt) tölténi = (die Zeit) zubringen = passer ⁹ kopasz = kahl = chauve ¹⁰ szemére vetni = vorwerfen = reprocher ¹¹ tréfálkozni = Spaß machen = badiner, faire des plaisanteries ¹² épségbentartásaval = unbeschadet = sans manquer à ¹³ s anélküli, hogy = und ohne zu = et sans (inf.) ¹⁴ bohócnak feltűnni = als Passenreisser erscheinen = tomber dans des pâtri- ries ¹⁵ Aiac enim in tra- goedia Sophoclis in gla- dium incubuit ¹⁶ pény- darabot (mutatványai- ért) = ein Geldstück (für seine Künste) = une pièce de monnaie (pour ses tours d'adresse) ¹⁷ tiszteletdíj = Ehren- sold = honoraires ¹⁸ el- nyerni = durchsetzen = obtenir ¹⁹ viaszavágní = schlagfertig antworten = répliquer



Museum Augusteum in urbe Roma.

12. Galba, cuius corpus gibbo²⁰ erat informe,²⁰ causam²¹ apud principem agebat²¹ frequenterque Augusto dicebat: «Corrige in me,* si quid reprehendis.» Cui Caesar ita respondit: «Ego te monere possum, corrigerem non possum.»

13. Cum Augustus audisset inter pueros, quos in Syria Herodes rex Iudeorum infra²² bimatum²² interfici iussit, filium quoque eius esse occisum, ait: «Mallem Herodis porcus esse, quam filius.»

14. A quadam Caesar cenā satis parcā²³ et quasi cotidianā exceptus est. Nam paene nulli se invitanti negabat. Post epulum igitur iopps et sine ullo apparatu²⁴ discedens valedicenti hoc tantum insusurrabat: «Non putabam me tibiam familiarem.»

15. Curtius, eques Romanus, deliciis²⁵ diffluens,²⁵ cum in convivio Caesaris macrum²⁶ turdum²⁷ sumpsisset, interrogavit «an mittere liceret.» Princps responderat: «Quidni²⁸ liceat?» Ille statim per fenestram misit.²⁹

16. Augustus temporibus triumviralibus in Polianem versus Fescenninos³⁰ scripsit. Pollio: «At ego, inquit, taceo, non est enim facile in eum scribere, qui potest proscribere.»³¹

²⁰ púpos = buckelig = bossu ²¹ pörben tárgyalni = einen Prozeß führen = plaider * in meis verbis ²² két éven aluli = noch nicht zweijährig = de moins de deux ans ²³ takarékos = karg = frugal ²⁴ pompa = Prunk = pompe ²⁵ élvhajhászó = Wollüstling = viveur ²⁶ sovány = mager = maigre ²⁷ énekes rigó = Drossel = merle ²⁸ miért ne? = warum nicht? = pourquoi pas? ²⁹ kidobni = hinauswerfen = jeter dehors ³⁰ gnýdal = Spottlied = chanson satirique ³¹ száműzni = achten = proscrire, frapper de proscription

=====

LECTORIBUS MINIMIS.

Duplex hora Latina.

(Emerici narratio.)

Post iūcundam illam geographicam hōram vēnit duplex hōra Latina. Erit-ne ea quoque iūcunda? — interrogāvimus avide¹ alias alium. At certē iūcunda fuit. Dominus professor grammophōnum nōbis in auditōrium apportāvit, tūbum² stentoreum² applicāvit, discum³ imposuit, grammophōnum manubrio⁴ intendit,⁵ et dixit: Primum versiculōs,⁶ deinde rēgulam accentuātiōnis⁷ Latīnae et sex formās conjugatiōnis verbi «esta» discēmus. Duōs discōs audiētis, duos parvulos versiculos. Unius discī «Sum Hungārus», alterius «Pergite⁸ viri» est inscriptio. Ecce protinus⁹ sonābit grammophōnum. — Auscultāvimus, dōnec¹⁰ māchina conticuit.¹¹ Pulchrē sōnat, susurrāvimus;¹² sed quid hoc significat?¹³ Dominus professor dixit: Nunc minōrem¹⁴ versiculum, quem prius¹⁵ audīvistis, in tabulam vōbis inscribam et ita ante oculōs vōbis propōnam. Tum vocābula¹⁶ ordine singillātim¹⁷ ēdiscētis, versiculūque in nostrum sermōnem¹⁸ convertētis¹⁹. Deinde grammophōni discus totiens²⁰ vōbis versiculum pronuntiābit, dum ūnusquisque²¹ tōtum ad verbum²² memoriter recitāre poterit.²³ Observāte interīm²⁴ accentuātiōnem in longiōribus vocābulis! Dēnique, quia²⁵ ut veterēs dicēbant, «verba volant,

scripta manent», versiculum in diāriō vōbis nōtābitis, et in longiōribus vocābulis suprā²⁶ accentuātam syllābam signum accentūs (?) pōnētis, quod aliās²⁷ facere nōlīte!

Prior versiculus, quem in perpētuum²⁸ memoriā tenēbo, hic fuit:

1. Quis es, puer? Dic fōrtiter: tu és-ne Húngārus?
Amasne corde²⁹ pátriām fidus, — impávidus?³⁰
2. Sum Húngārus, fidissimus, amóque patriam;
Hungáriam cárissimam nōn³¹ unquam³¹ dēseram.³²
3. Sum Húngārus, prō patriā parātus vivēre, parātus stricto³³ glādiō³³ finēs dēfendēre . . .

Cum iam hunc versiculum omnēs ēdidicimus, tum dominus professor dē atrōci³⁴ bellō³⁵ mundānō³⁵ nōnnulla³⁶ narrāvit, lēgitque³⁷ rhapsōdiām Hungaricām «Pergite l» inscriptam, quam anno millēsimō nōgentēsimō quintōdecimō Andor Kozma poēta Hungārus composit. Finem huius carminis Latīne liberē redditum³⁸ alter grammophōni discus ita declāmāvit :

Io triumphē³⁹ nunquam³¹ retrōrsūm,⁴⁰ pergite, semper in hostem advórsum!⁴¹ . . .
Pergite . . . ó quae vox! fáscinat⁴² orbem,⁴² vim hábet mágicam, míram, enórmem . . .
Qui estis, ó vōs, pergentes-virī,
primi-pugnantēs, impávidi? . . .
Nōs sūmus, áspice,⁴⁴ nōs, Hungāri . . .

¹ kiváncsian = neugierig = curieusement ² hangszóró = Lautsprecher = haut-parleur ³ hanglemez = Schallplatte = disque ⁴ forgattyú = Kurbel = manivelle ⁵ felhúz = aufziehen = remonter ⁶ versike = Verslein = petite poésie ⁷ hangsúlyozás = die Betonung = accentuation ⁸ előre = vorwärts = en avant ⁹ azonnal = sogleich = immédiatement ¹⁰ amíg . . . nem = bis = jusqu'à ce que ¹¹ elhallgat = verstummen = se taire ¹² sugdos = flüstern = chuchoter ¹³ jelent = bedeuten = signifier ¹⁴ kisebb = der kleinere = plus petit ¹⁵ előbb = zuerst = d'abord ¹⁶ szó = Wort = mot ¹⁷ egyenkint = einzeln = un à un ¹⁸ nyelv = Sprache = langue ¹⁹ lefordítani = übersetzen = traduire ²⁰ annyiszor = soviel-mal = tant de fois, si souvent ²¹ mindegyikötök = ein jeder = chacun de vous ²² szóról-szóra = von Wort zu Wort = mot par mot ²³ tud = kann = pouvoir ²⁴ e közben = unterdessen = cependant ²⁵ minthogy = weil, da = puisque ²⁶ fölé = über = sur ²⁷ máskor = sonst = une autre fois ²⁸ örökre = auf ewig = pour toujours ²⁹ szívbölk = von Herzen = du coeur ³⁰ rendületlenül = furchtlos = inébranlablement ³¹ sohasem = nie = jamais ³² elhagyom = verlasse ich = abandonner ³³ kivont karddal = mit blanke Waffe = le sabre au clair ³⁴ szörnyű = furchtbar = terrible ³⁵ világháború = Weltkrieg = guerre mondiale ³⁶ egyetmást = so manches = des choses et d'autres ³⁷ felolvás = vorlesen = lire ³⁸ tolmácsol = übersetzen = traduire ³⁹ huj-huj-hajrá! = hurra! = hourra! ⁴⁰ vissza = rückwärts = en arrière ⁴¹ szembenálló = gegenüberstehend = en face ⁴² megigézi a világ = die Welt bezaubern = fasciner, éblouir le monde ⁴³ rendkívüli = außergewöhnlich = extra-ordinaria ⁴⁴ nézd, lám = siehe = regarde donc!



Hunc versum eōdem mōdō didicimus, ut priōrem, et hunc quoque grammophōnum tantisper⁴⁵ repetivit, dum ex memoriā eum declāmāre potuimus. Et tum dē tabulā nigrā in diāria nostra eum transscripsimus.

Des. Dezséry Budapestinensis. (Finis sequetur.)

⁴⁵ oly soká = solange = si longtemps

Varia.

1. *Rubens*, pictor clarissimus aliquando¹ domo abiit. Discipuli, ut picturam novam spectarent, in pergulam² furtim³ irrepserunt.³ Unus ex iis picturam forte attigit et manicā⁴ vestis bracchium Magdalene mentumque⁵ Madonae corrupit. Discipuli exterriti statim constituerunt, quomodo mendum⁶ corrigeretur. Amicum pingendi peritissimum elegerunt et ille partem corruptam correxit. Postero die Rubens a discipulis comitatus⁷ pergulam intravit, constituit ante picturam novam et nimius⁸ sui⁸ aestimator⁸ inquit: «Hoc bracchium mentumque non est pessimum operum meorum!» Discipuli amico arriserunt,⁹ cui nomen erat Van Dyck.

Magdalena Jóboru Budapestinensis.

2. Rex magnus (vulgo: maharadsa) regni Gwalior nuper¹⁰ Londinii habitans aegre¹¹ tulit¹¹ se, cum ambularet per urbem Britanniae, semper multitudine hominum cingi. Sine arbitris¹² solus¹² voluit circumspectare et incognitus cognoscere vitam agilem viarum. Postquam magistratui voluntatem indicavit, proficiscitur solus. Sed cum aliquo autocarro¹³ communī¹³ domum vehebatur, vidit maharadsa — qui ceteris in rebus princeps deditissimus Indiae est — se non habere pecuniam ad sumptus minores. Conductor nolens secum portare «peregrinum suspectum» admirationem¹⁴ hominum movit.¹⁴ Tandem quidam operarius¹⁵ solvit¹⁶ pro vectura¹⁶ peregrini. Maharadsa humani¹⁷ gratias egit operario et dixit: «Regi convenienter cupio Tibi praemium dare, nam ego sum rex regni Gwalior!»

«Iocus optimus est, — respondet ridens operarius — sed ego non careo¹⁸ pecuniā, nam ego sum rex Belgarum.» Omnes viatores ridebant, maharadsa autem quaequivit nomen et domicilium operarii et deinde nullum verbum fecit. Die proxima ad domum operarii tabellarius¹⁹ pecuniarius¹⁹ venit et gyrum²⁰ quingentarum librarum²¹ steringicarum²¹ praebuit his verbis: «Amico adiuvantum pro ioco regali ad memoriam maharadsa regni Gwalior.»

Steph. Boros dr. Mezőturiensis.

¹ egyszer = einmal = une fois ² műterem = Atelier = atelier ³ belopódzni = hineinschleichen = s'introduire clandestinement ⁴ (ruha)ujj = Ärmel = manche ⁵ áll = Kinn = menton ⁶ hiba = Fehler = faute ⁷ kisértebén = in Begleitung von = accompagné de ⁸ önelégülni = selbstgefällig = content de soi ⁹ rámossolyogni = zulächeln = sourire à ¹⁰ nemrégiben = neulich = dernièrement ¹¹ bosszankodott = war unwilling = s'agacer ¹² egészen egyedül = ganz allein = tout seul ¹³ autóbusz = Autobus = autobus ¹⁴ feltúnést kelteni = Aufsehen erregen = produire de la sensation ¹⁵ munkás = Arbeiter = ouvrier ¹⁶ viteldíjat megfizetni = Fahrgeld bezahlen = payer le prix du voyage ¹⁷ udvariasan = höflich = poliment ¹⁸ hijával vagyok vminek = entbeh-



Gymnasium puellarum Haarlemense de S. Maria nominatum, ubi S. Christiana docet (pag. 58).

ren = manquer de ¹⁹ pénzes levélhordó = Geldbriefträger = facteur financier ²⁰ csekk = Scheck = chèque ²¹ font st. = Pfund St. = livre sterling

=====



IOCOSA.

1. *Duo horológia*:¹ In urbe quadam monstrator² peregrinos ad portam claram urbis duxit. Hic duo horologia erant. Unus peregrinorum quaesivit, cur duo horologia in una porta essent. Monstrator urbium respondit: «Duo sunt horologia, ne si duo homines eodem tempore velint videre, quota hora sit, alteri exspectandum sit.»³

2. *Filius*: Pater! Magister me verberavit, quia nescivi, ubi Pyrenaei essent. — *Pater*: Meritus es.⁴ Alias nota bene, ubi res tuas reliqueris.

Lad. Keleti disc. gym. IPEA.

3. Viator aliquando peregrinans tunicam in ramo arboris posuit, sed timens, ne dum abasset, a fure⁵ auferretur, in scida⁶ inscrispit: «Variolis⁷ laboro⁷.» Cum ad arborem rediit, tunicam non, sed scidam invenit, in qua erat scriptum: «Gratias ago tibi pro tunica, nam ego quoque variolis laboreo.»

Ladislaus Iavorik, disc. Tatanus.

4. *Agricola moribundus*⁸ testamentum facit: «Noli⁹ oblivisci,⁹ carissima uxor — ait — vicinum 25 nummos nobis debere.» — «Auditisne, — dicit uxor congregatis — quam¹⁰ accuratissimus¹⁰ sit vir meus

¹ óra = Uhr = horloge ² idegenvezető = Fremdenführer = guide des étrangers ³ várnia kelljen = warten müsse = soit obligé d'attendre ⁴ megérdemelte = du hast es verdient = tu l'as bien mérité ⁵ tolvaj = Dieb = voleur ⁶ cédula = Zettel = fiche, billet ⁷ himlős vagyok = ich bin blatternkrank = j'ai la variole ⁸ halálos ágyán = im Sterben liegend = mourant, à son lit de mort ⁹ ne feledd = vergiss nicht = n'oublie pas ¹⁰ milyen gondos = wie sorgfältig = combien soigneux

usque ad extrēnum spiritum?» — «Neque id obli-
viscāris, carissima uxor — dicit porrō moribundus
— mē 50 nummos. medicō debēre.» — «O, te miser-
rum, — susurrat uxor — iam iterum deliras.»¹¹

Joannes Néveri, disc. gymn. Acad. Budapestinensis.

5. *Professor:* Quid fit, si dux cadit in pugna? —
Nebulo: Surgit et iter continuat.

6. *Deversor¹² in deversorio:* Quomodo possunt
duae muscae esse in iure* meo? — *Caupo:* Mirabile
est, cum attulissetem ius, tres muscas vidi.

7. *Professor:* Quot bella gerezat Hispania in
saeculo septimo decimo? — *Nebulo:* Septem. —
Professor: Recete! Enumera mihi! — *Nebulo:* 1, 2,
3, 4, 5, 6, 7.

8. *Milites gregarii¹³ apud succenturionem.* ¹⁴ *Suc-*
centurio: Miles Antoni! Quid est patria? — *Anto-*
nius: Patria est mater mea. — *Succenturio:* Bene.
Miles Paule! Quid est patria? — *Paulus:* Patria
est mater Antonii.

9. *Rusticus* in via Andrassy interrogat: Domine
rogo, ubi est latus viae alterum? — *Dominus:* Ibi,
contra¹⁵ est latus alterum. — *Rusticus:* Et ille asi-
nus in latere illo, hoc latus mihi alterum esse dixit.

Paulus e principibus Odescalchi disc. eiusdem gymn.

10. *Homo litteratus¹⁶ cum mercatore iter facit.*
Dies longus videtur iis. Hanc ob causam homo litte-
ratus dicit: «Rogitemus¹⁷ aenigmata inter nos. Qui
quoddam aenigma nescit, ille dat centum monetas
alteri.» — «Sed ego non habeo tantam pecuniam.» —
respondebat mercator. *Homo litteratus* fretus¹⁸ doc-
trinā suā dicit: «Recete est, tunc solum decem mon-
etas dabis mihi, si aenigma quoddam nescis. In-
cipe interrogationem.» — *Mercator:* Aliquid habet
unde viginti pedes ligneos, duo capita ferrea, capilos
virides et tres caudas.¹⁹ Quid est hoc? — *Homo litteratus* cogitat, cogitat, mox promitt centum mon-
etas, tradit mercatori et dicit: «Nescio.» — *Mercator* in sinum²⁰ suum ingerit centum monetas, pro-
mit decem monetas, tradit homini litterato et dicit:
«Neque ego scio.»

Lud. Bikszády disc. eiusdem gymn.

11. «Fridolinus — dicit pater filio — affer mihi
poculum²¹ cerevisiae²¹!» — *Filius:* «Libenter, pa-
ter, sed da mihi prius pecuniam!» — *Pater:* «Id est
nil, pro pecunia cerevisiam ferre, sed sine pecunia
ferre, id est iam aliquid artis». Fridolinus abiit et re-
diens cum vacuo poculo apposuit patri suo. «Ubi
est cerevisia?» — rogat pater. «Id est nihil, e pleno
poculo bibere, — respondebat Fridolinus — sed e
vacuo poculo bibere, id est iam aliquid artis.»

Stephanus Bodonyi disc. gymn. Archiepiscopalis.

¹¹ félrebeszélni = irre reden = délier ¹² vendég a szállo-
dában = Gast im Hotel = client dans un hôtel *leves = Suppe
= bouillon ¹³ közkatona = gemein = simple soldat ¹⁴ had-
nagy = Leutnant = lieutenant ¹⁵ átellenben = gegenü-
ber = en face ¹⁶ tudós = gelehrt = savant ¹⁷ inter-
rogemus saepius ¹⁸ bízva = vertrauend = confiant
¹⁹ fark = Schwanz = queue ²⁰ zseb = Tasche = poche
²¹ pohár sör = Glas Bier = verre de bière



LECTORIBUS MEDIIS

Adest vesper Sancti Nicolai.

E libro *E. Pogor:* «Enyéim (Mei)», inscripto excerptis *Jos.*
Guelmino Budapestinensis.

Idus Decembres! In alumneo¹ Scholarum¹ Pia-
rum¹, Tatano,¹ aliquid paratur. Alumni veterani
clam² se² subducunt² foras² et cum sarcinis³ rede-
ntes vere «conspirant» inter se. In ianua cubiculi,⁴
quo se abdunt, litteris grandissimis «Ingressus ve-
titus!» prohibet⁵ quemquam, praeter consicos,⁶ ne
intraret. Magister alumnei surridens videt discipu-
los suos (ut ille nominat: Meos) vesperum Sancti
Nicolai parantes. Ut fieri solet, gaudium et angor⁷
ubique.

Primanis⁸ vix possunt discere et solliciti⁹ viden-
tur. Rudolphulus Domay autem, etsi primanus,
suscepit¹⁰ explorare, quid paretur. Hugo Takácsy
autem irritatus¹¹ et turbatus scribit pensum suum
de alcoholis et scribens semper foras auscultatur.¹²
Hoc vespero mali punientur, boni donabuntur. S.
Nicolai¹³ est scilicet malos punire et bonos donare.
Iure omnes videntur et timere et gaudere, quia non
plane¹⁴ boni, nec mali sumus. Et cum S. Nicolao
apparebunt etiam diaboli¹⁵ cum virgis. Portabunt
autem dulcia¹⁶ quoque et quadra¹⁷ cacaotica.¹⁷

Quid peragit autem ille Rudolphulus Domay?
Lente procedit digitis¹⁸ suspensus,¹⁸ ad ianuam,
cuius inscriptio iam non videtur per tenebras et
ideo custos praepositus est limini,¹⁹ quem ille ul-
limo puncto animadvertis. «Heus! — corripit illum
custos — quid tibi vis?»

Rudolphulus obsecrat²⁰ ut sibi per clostel-
lum²¹ introspicere liceat. Quod ut perficere possit,
globulum²² quoque vitreum²² promitt, quem tota

¹ tatai piarista nevelőintézet = Tataer Piaristeninter-
nat = maison d'éducation des piaristes à Tata ² ki-
osonni = hinausschleichen = sortir d'un pas furtif,
se glisser dehors ³ csomag = Packet = colis ⁴ szoba =
Zimmer = chambre ⁵ megakadályoz = verhindern =
empêcher ⁶ beavatott = der Eingeweihte = initié ⁷ szo-
rongás = Angst = anxiété ⁸ discipuli primas classis
⁹ aggódó = unruhig = inquiet ¹⁰ magára vállal = über-
nehmen = se charger de ¹¹ izgatott = aufgeregt = énervé
¹² hallgatózni = horchen = préter l'oreille ¹³ feladata =
Aufgabe des St. N. = la tâche de St. N. ¹⁴ teljesen =
völlig = entièrement ¹⁵ ördög = Teufel = diable ¹⁶ édes-
ségek = Süßigkeiten = douceurs, friandises ¹⁷ csokoládé-
táblák = Schokoladentafeln = tablettes de chocolat ¹⁸ lábujj-
hegyen = auf den Fußspitzen = sur la pointe des pieds
¹⁹ küszöb = Schwelle = seuil ²⁰ könyörög = anflehen =
supplier ²¹ kulcslyuk = Schlüsselloch = trou de la ser-
rure ²² üveggolyó = Glaskügelchen = bille de verre

classis prima invidet ei, quoniam in sole mirum in modum variat colores, et eo corrumpere²³ conatur custodem. Custos reiicit conantem, et non sinit se corrumpi. Sic factum est, ut Rudolphulus rebus rediisset imperfectis. Et cum intrasset cubiculum, omnesque respexit, quid factum esset: capite signavit se nihil perficere potuisse. Takácsy incontentus iterum convertit²⁵ se ad pensum, quod evidenter²⁵ aegerrime conficitur.

Tum compagna²⁶ de turri voce gravi et tremulā incipit sonare septimam. Manus ad precatiōnēm iunguntur et vere ex imo corde «sed libera nos a malo!» dictum est. Vix desiit precatio, cum e fau-cibus²⁷ ultimis²⁷ strepitus audiuntur, stridor²⁸ virgarum, crepitusque²⁹ catenarum. Et iam tres diaboli irruunt per ianuam patefactam salientes. In tergo unius, in canistro³⁰ Stephanus Morgo portatur, lamentans et se posthac bonum, diligentemque fore promittens. (Interdum vix risum retinere potest, quasi diceret: melius est portari, quam portare!)

Primani ad magistrum fugiunt auxilium petentes, cum ex improviso appareret in ianua Sanctus Nicolaus quoque. In manu pedum³¹ charta aurata involutum,³² barba praemissa ex stuppa,³³ paenulam³⁴ gerens mantele³⁵ varii coloris,³⁶ infulasque³⁷ ex cuculo³⁸ et magistrum aggrediens interrogavit: «Habesne domine aliquem, quem diaboli auferant? Ecce, ut vides, Morgó iam portatur.» (Vae mihi, vae mihi, — exclamat Morgo — ego iam portor! Magis autem tibi, qui me portas, susurrat in aures diaboli.)

— O — respondet magister — a diabolis auferendos vere non habeo. Lascivi³⁹ sunt hi interdum, mali autem nunquam.

Diaboli responso haud contenti clamorem tollunt et unus ex iis: «Nos autem — vociferatur⁴⁰ — certo scimus hunc Rudolphulum Domay non multo ante custodem corrumpere voluisse vitreo globulo, Edmundum Kósá hebdomadā praeteritā pigrum fuisse, Gezam Törkey dormitare solere super librum suum, Igorem Hrdlicka non bene uti linguā Hungaricā, Andream Forgách fastidiosum.⁴¹ Andream Kucor autem gulosum⁴² esse, Iulio Kéry semper ventrem esse curae, Carolum Szilágyi invidere melioribus, Ladislauum Kardos ut tantum semel suget⁴³ fumum⁴³ volvella⁴³, orasse. Quid de his censes?

Quid censeret magister de illis, quos iam admundum pudebat nominatos esse? «Errare humanum est — respondit. — Hos autem, ut vides, pudet iam erroris. Meum ergo est hos non tradere, sed retinere.»

— Tu quoque notus es nobis — exclamat dia-bolus —: semper excusas illos. Cave, ne tu quoque abstraharis!

— Non, istud non concedimus — clamitant pri-mani flentes, magistro adhaerentes.⁴⁴ — Istud non concedimus!

Tunc S. Nicolaus intercessit: «Etiam ego liben-ter credo vos posthac bonos diligentesque fore.» — Et diabolos virgas reponere, donaque praeponere iussit. Quo facto lux et splendor omnibus oculis reddit. Et cum soli remansissent cum magistro dulcia manducantes,⁴⁵ quisquis statim fortissimus factus gloriabatur, quod magistrum defendissent.

Postero die in schola Takácsy iussu professoris praegredit pensum: «Alcohol non est aliud, quam potio⁴⁶ damlosa.⁴⁶ Litra scilicet aquae vitalis (seu alcoholis) levissimae⁴⁶ tribus pengonibus constat, litra yini melioris 80—90 nummulis, et etiam pro vilissimo vino 30—40 nummulos solvere cogimur, multo plus, quam pretium iustum. Alcohol ergo damnum facit nobis, quapropter damnosum est. Ruri coloni ipsi destillant aquam vitalem, quam parvuli eorum cum pane solent bibere. Vere stolidi sunt et hanc rem dediscere⁴⁸ non possunt. Et alvus eorum prorsus exsiccatur. Vir talis pecuniam supellectilemque omnem compotat, quam vendit, deinde pecuniā liquorem emit et ita potat. Quis admiratur talem aquae semper taedere! Et ideo nos quoque, si fieri potest, hunc morem dediscere debemus. Nunquam bibamus et si bibimus, temperanter bibamus. Alco-

²³ megvesztegetni = bestechen = corrompre ²⁴ hajlik = sich zuwenden = se retourne à ²⁵ szemlátomást = augen-scheinlich = visiblement ²⁶ harang = Glocke

²⁷ a folyosó vége = Ende des Ganges (Hausflur) = la bout du corridor ²⁸ suhogás = Schwirren = sifflement


²⁹ csörgés = Geklirr = bruit ³⁰ kosár = Korb = corbeille

³¹ pázsitorbot = Hirtenstab = crosse ³² begöngyölve = bedeckt = enveloppé, couvert ³³ kőc = Werg = étoupe

³⁴ köpeny = Mantel = manteau ³⁵ abrosz = Tischdecke = nappe ³⁶ tarka = bunt = bariolé ³⁷ püspöksüveg = Bischofsmütze = mitre d'évêque ³⁸ papírzacskó = Stanitzel = cornet ³⁹ pajkos = ausgelassen (lustig) = polisson (espègle) ⁴⁰ nyelvel = keifen, kreischen = vociférer

⁴¹ válogatós = wählertisch = difficile ⁴² torkos = gefrässtig = gourmand ⁴³ egy cigarettaszippantás = ein Zug aus der Zigarette = une bouffée de cigarette ⁴⁴ hozzá-tapadni = sich anhängen = se cramponner à ⁴⁵ maj-szolni = kauen = grignoter ⁴⁶ káros ital = schädlicher Trank = boisson nuisible ⁴⁷ gyenge = schwach = faible

⁴⁸ leszokni = sich abgewöhnen = se déshabiter



Sollemnia ad memoriam Sanctae Liduinae (pag. 58).

holis vice⁴⁹ saccharum edamus. Socolada quoque inveniuntur, optimum liquorem continentia. Alcoholista amittit vim voluntatis et corpus librare⁵⁰ non potest. Quia potat, pecunia opus est ei, furatur igitur, sed non potest, quoniam duplicit videt. Puer non conceditur potare. Hoc esset maximum damnum alcoholis.

Ridebat tota classis. Takácsy quoque, intelligens neminem, qui se turbari patiatur, bonum opus perficere posse.

⁴⁹ helyett = anstatt = au lieu de ⁵⁰ egyensúlyban tartani = im Gleichgewichte halten = tenir en équilibre



Tabulae mortuorum. In Britannia *Iacobus Ramsay Macdonald* primus olim ministrorum 71. annos natus et *Philippus László* pictor mortui sunt. Macdonald humili loco ortus, sed vir magni ingenii diu dux erat factionis¹ operariorum.¹ De Philippo László infra pluribus² verbis² dicturi sumus. In Hispania *Iosephus Comas y Sola* astronomus, qui 11 stellas vagantes (vulgo: planetas) invenerat, 69 annos natus mortem obiit. In Hungaria *Eugenius Maróthy* scriptor narrationum iucundissimarum immaturā morte (vix 42 annorum erat) abruptus lugetur.

Calamitates. In Iaponia terrae³ lapsu³ fodinae⁴ aerariae⁴ 500 fossores⁵ perierunt. — In insulis Philippinis turbine (vulgo: taifun) vehementissimo pervastatis 38 homines vitam amiserunt, alii, ad 30 milia, quia 20 milia domum corruerunt, sine⁶ tecto⁶ vitam⁷ inopem⁷ sustentant.⁷ — In Andalusia propter calamitatem ferriviae vectorum⁸ 40 mortui, 150 vulnerati sunt. — In Argentina iam fere per 10—12 menses non pluebat et homines penuriā⁹ aquarum adeo vexantur, ut gubernium in regiones siccias aquam tractibus¹⁰ longis ferriviariis mitti iuberet. — Aëroplanum, quo familia magni ducis Chattorum (vulgo: Hessen) Londinium vehebatur, Bruxellis relictis, cum in aëroportu¹¹ Ostendensi iam-iam descenderet, in caligine¹² tenebrosā in caminum fabricae involans decidit et motoribus disclusis uno excepto vectores omnes miserrime combusti¹³ sunt. Sic frater minor Ludovicus, ad cuius matrimonium supra dicti Londinium volare voluerant, quamquam fratre maiore mortuo hereditatem magni ducis accepit, tamen in tanto luctu gaudere haud potest. — Multo felicior fuit casus¹⁴ Bernhardi principis, generi reginae Guileminae, qui quamquam automibili in plaustrum antecedens incidit¹⁵ et graviter vulneratus est, tamen iam multo melius se habet et spes est fore, ut mox sanatorium relinquere possit.

Japonenses urbe maritimā Sanghai captā iam ad caput et sedem gubernii Sinensium Nanking tam

celeriter appropinquaverunt, ut magistratus omnes demigrarent ex urbe, priusquam caperetur.

Berolini expositiō¹⁶ venatoria¹⁶ tam opulentissima, quam nemo unquam vidi, multitudinem spectatorum attraxit.

Parisiis portae expositionis mundanae a 31.000 milibus hominum spectatae nunc clausae sunt, sed anno proximo expositiō fortasse iterum aperietur. In **Albania** ante hos 25 annos liberatā et conditā hisce diebus magna sollemnia¹⁷ celebrabantur.

Germanis colonias veteres debitas reddendas esse in dies Britanni et Galli magis magisque contentur. Novissime etiam Poloni colonias sibi poscere dicuntur.

Budapestini nova societas: «Amici Instituti Studiorum Romanorum» (cuius instituti sedes Roma est), condita est, quae bimillennium Augusti imperatoris sollemni conventu celebravit.

¹ munkáspárt = Arbeiterpartei = labour party ² részletesebben = ausführlicher = d'une façon détaillée
³ földcsuszamlás = Erdrutsch = glissement de terrain
⁴ rézbánya = Kupferbergwerk = mine de cuivre ⁵ bányász = Bergmann = mineur ⁶ hajléktalanul = obdachlos = sans abri ⁷ tengődni = darben = végéter ⁸ utas = Passagier = voyageur ⁹ hiány = Mangel = manque
¹⁰ vonat = Zug = train ¹¹ repülőtér = Flugplatz = aérodrome ¹² köd = Nebel = bouillard ¹³ elégni = verbrennen = brûler, carboniser ¹⁴ baleset = Unfall = accident = ¹⁵ véletlenül beleszaladni = zufällig anrennen = entrer par hasard ¹⁶ vadászati kiállítás = Jagdausstellung = exposition cynégétique ¹⁷ ünnepség = Fest = fête, solennité

Ios. Mohr: SANCTA NOX...¹

Sáncta nóx, plácida nóx!
Núsquam ést úlla vóx;
Pár sanctissimum vigilát,
Flávo capillo dórmiat
Púer dulcissimús.

Sancta nox, placida nox!
Certior fit pastor mox
Angelorum Hallelúa;
Sonat vox clarissima:
Iesus salvator adest!

Sancta nox, placida nox!
Nate Dei, suavis vox
Manat ex ore sanctissimo;
Nobis venis auxilio,
Christe, natalibus.

O. Schmied Vindobonensis.

¹ Signum accentus supra accentuatas syllabas primae strophae positum est.

Phillipus László.

Scripsit: E. Sch. Latine reddidit Val. Fehér O. S. B. Strigoniensis.

Maximus ille anthropographus,¹ qui nuper mortuus est, omnes viros celeberrimos et Europaeos et Americanos noverat. Non fuit alienus ab eorum doloribus et gaudiis; nam etiam pingendus² vel maxime taciturnus loquax fit in officina pictoris.

¹ arcképfestő = Porträtmaler = portraitiste



Philippus László libenter de iis,² quos² pinxerat,² locutus est. «Omnium — inquit — quos unquam conveneram, prudentissimus fuit Elihu Root, senator Americanus. Mirum, quantam in se copiam scientiae et experientiae vir ille cumulaverit. Quia sermone eius satiari³ non poteram, pingendi tempus in longius traxi.⁴ Guilelmus imperator Germaniae, dum a me pingebatur, praecclare de artibus loquebatur. Aegre tulit, si quis contrarie censebat, tamen vera argumenta semper accepit atque aliquando Berolini imagines secundum meum iudicium ac sententiam emptae sunt. Eorum, quos pinxi, mirandissimus fuit Mussolinius, quem dies complures in suo tablino⁵ cognoscere studi. Gestiebam⁶ videre, quomodo se gereret in equo sedens. Itaque priusquam ad opus aggressus sum, rogavi eum, ut ex equo orationem ad plebem haberet. Paucis diebus post Mussolinius galeatus⁷ in foro Venetiano orationem ad milites habuit. Postea in imagine hunc dactum⁸ oris⁸ proprium pingere conatus sum.

Philippus László Franciscum Josephum I. imperatore Austriae Hungariaeque regem, quem ter depinxit, maximo honore affectit. «Meus — inquit — erga maximum regem honor me in incommode adduxit difficultatem. Quodam die vir e comitibus Mensdorff-Pouilly, qui tum legatus Londiniensis Austriae et Hungariae erat, rogavit me, ut se ad virum e comitibus Northcliffe, — quem nondum cognoverat, — adducerem.⁹ Inter epulas nuntius telegramma attulit; quo recluso Northcliffius expalluit¹⁰ mihiique chartam tradidit. Scriptum in ea erat Franciscum Ferdinandum, heredem regni una cum uxore in oppido Sarajevo interfectum esse. Ego ad Northcliffium conversus: «Hoc est — inquam — bellum universum. Nempe finem cepit hilaritas. Anno post — eram iam tum civis Britannus — epistola, quam cognatis meis in Hungariam scripsoram, excusanda¹¹ mihi fuit in iudicio. Paene civitatem amisi Britannicam. Northcliffius enim accusatore de me fassus est: me coniuravisse contra pacem; nam cum primum fama Francisci Ferdinandi interfici audita esset, me bellum divinasse¹² universum; ergo me scivisse civitates medias¹³ paratas fuisse ad bellum universum. In iudicio meam cum Francisco Josepho necessitudinem¹⁴ rogatus haec respondi: «Amo eum, ille unus est e viris nobilibus honestisque primis Europae». Hanc sententiam, in qua firme perseveravi¹⁵ atque etiam hodie persevero, paene capite lui.¹⁶ Liberatus sum per Balfourium, qui liberrime apud iudicem professus est me indignum fore Britannica civitate, si aliter egisset atque locutus essem. «Loco istius — inquit — ne ego quidem aliter loqui potuissem.» Sum in iudicio absolutus. Factus sum equidem bonus civis Britannus, tamen nunquam amoris et pietatis erga pristinam patriam oblitus sum. Illa fuit horarum, quas vidi, gravissima, gravior, quam mea in Islington relegatio.¹⁷

² modell = Modell = modèle ³ betelik = satt werden = se rassasier ⁴ hosszúra nyújt = in die Länge ziehen = tirer en longueur ⁵ dolgozószoba = Arbeitszimmer = cabinet de travail ⁶ alig vár = heftig wünschen = attendre impatiemment ⁷ sisakos = den Helm auf dem Kopf = le casque sur la tête ⁸ arckifejzés = Gesichtszug = expression du visage ⁹ bemutat = vorstellen = présenter ¹⁰ elsápad = erblassen = pâlir ¹¹ igazolni magát (vmiért)

= sich verantworten (wegen) = justifier ¹² megjósolni = prophezeien = prédire ¹³ központi hatalmak = Mittelmächte = les empes centraux ¹⁴ viszony = Verhältnisse = relations ¹⁵ megmaradni = festhalten = maintenir qqch. ¹⁶ fejébe kerül = es kostet den Kragen = payer de sa tête ¹⁷ internálás = Internierung = internement



GEOGRAPHICA.

Festi dies anniversarii Parisiani.

1. De Turri 50 annorum Eiffeliana. Fundamenta Turris Eiffeliana anno 1887. sunt iacta. Duobus annis post turris illa celeberrima, quae altitudine tertium locum inter totius orbis terrarum aedificia obtinet (300 m. alta est), iam erecta omnibus, qui tunc erant, hominibus movit admirationem. 12 milia laminarum¹ turris illius altissimae chalybeiarum,¹ cuius pondus 7700 exaequat amphoras,² 2,500.000 (= vices quinques centenis milibus) sunt connexa clavulorum.³ Per multa iisque exteri Parisios, ut Turrim Eiffeliam videant, convenient. Annis 1887—1912 centies sexagies centena milia hominum hanc turrim spectanti contulerunt se Parisios. Diebus quartae expositionis,⁴ ut dicitur, mundanae⁴ Parisii anno 1937. instituta⁵ haec turris plurimorum lampadum electricarum ita erat perfusa



luminibus, ut spectatoribus tamquam mare quiddam luce fulgentissimum apparuerit.

2. Centenarium Areus Triumphalis. Nemo Parisii commorans, quin Arcum Triumphalem quoque spectet, praetermittit.⁶ Fundamenta Arcus Triumphalis anno 1806. sunt iacta. In lapide illo fundamentali laminaque plumbea⁷ obducto⁸ haec inscripta videoas: «Anno 1806. a. d. XVIII. Cal. Sept., die natali Maiestatis Suae Napoleontis Magni est lapis hic primus ut fundamentum huius monumenti

¹ acéllemez = Stahlplatte = plaque d'acier ² tonna = Tonne = tonne ³ szegcs = Niet = rivet ⁴ világkiállítás = Weltausstellung = exposition universelle ⁵ rendezni = veranstalten = arranger ⁶ elmulasztani = versäumen = manquer ⁷ ólom = Blei = de plomb ⁸ befüdni = verdecken = couvrir

positus. Champagny minister⁹ rerum⁹ internarum,⁹
Chalgrino architecto, qui arcum aedificare cooperat,
mortuo discipulus quondam eius, Goust, vir quidam
artis aedificandi peritissimus monumentum aedificare
perexit. Sed Napoleonte devicto et in exilium misso
arcus aedificari desit. At Ludovicus XVIII. regno
potitus, ut Arcus erigeretur, edixit. Cum tamen in
magnā hominum multitudine vita regum princi-
pumque nunquam¹⁰ non¹⁰ periculis offerri soleret,
solemnitatibus Arcūs detegendī¹¹ ipse rex non affuit,
quo factum esse videtur, ut dies Arcūs detecti anno,
quam oportet, serius celebraretur (a. 1836). Arcus
49.55 m altus, 44.82 m longus et 22.10 m latus est.


Sub monumento in tumulo Miltis Ignoti, qui tandem hic nactus est quietem aeternam, agitatur vento flamma facis¹² purissima omnibus, qui monumentum praetererant, argumento vere «lucidissimo» confirmans gloriam eorum, qui pro patria sint mortui, nulla unquam oblivione iri deletum.

Vincentius Gombár Balassagyarmatiensis.

⁹ belügym. = Innenm. = m. de l'intérieur ¹⁰ nem egyszer = manchmal = parfois ¹¹ leleplezés = Enthüllung = inauguration ¹² fáklya = Fackel = flambeau ¹³ feledésbe megy = in Vergessenheit geraten = tomber dans l'oubli

De Brasilia.

Brasilia omnis divisa est in 22 partes, scilicet 20 status, 1 territorium et Agrum Foederalim qui¹ vocatur.¹ Ager autem Foederalis (lusitane:² Distrito Federal) maximam et pulcherrimam urbem Rio de Janeiro et vicina loca complectitur. Longe vastissimus omnium statuum brasiliensium est «Amazonas»; habet enim plus quam decies et octies centena milia chilometrorum quadratorum, scilicet : 1,825.997 chm², ita ut Hungariam, Austria, Italiam, Germaniam, Britanniam, Hispaniam, Graeciam simul sumptas spatio non solum exaequet, sed etiam nonnihil³ superet. Sed animadverte, benigne lector, quam pauci incolae tam vastam regionem inhabitent ! Quingena enim centena milia (50,000.000) eorum numerus vix attingit, dum septem illi status europaei in unum



collecti fere bis millies centena milia (200,000.000) incolarum continent.

Maximae urbes Brasiliae sunt Rio de Janeiro, caput totius Reipublicae Brasiliensis, quod ad vices centena milia (2,000,000) civium accedit, et S. Paulo, quae urbs iamdudum⁴ decies centena milia (1,000,000) excessit. Aliae magnae urbes sunt Recife (500,000), Porto Alegre quadringenis milibus (400,000) appropinquans, Bahia, Belém do Pará (300,000), Bello Horizonte, Santos, et ceterae. In Brasilia maior pars civium est catholica. Numerantur 71 dioeceses⁵ (sive archidiaeceses⁶) et 25 Praefectureas ecclesiasticae sive Praefectureas apostolicae, quod non est nimium pro multitudine hominum, qui quadringenties centena millia (40,000,000) iam anno millesimo nongentesimo tricesimo superabant, et pro immenso ambitu terrae, qui octogies quinque centena milia (8,500,000) chm² excedit. Iuxta litus Brasiliae sunt longi tractus⁷ terrarum depressarum,⁷ e quibus per iuga montium praecipitia⁸ abruptaque⁸ ope viarum ferratarum vel lapidibus⁹ stratarum⁹ ascensus fit ad loca a mari remotiora, edita¹⁰ et plana. Imagines nostrae lucigenae vel photographicae partes viae ferratae ostendunt, qua a portu maritimo Paranaguá ad caput status Paraná, urbem Curitiba ascenditur.

P. Henricus Koehler S. I. (Pareci, in Brasilia).

¹ úgynevezett = sogenannt = qu'on appelle ² portugál nyelven = portugiesisch = en portugais ³ némi képen = gewissermassen = un peu ⁴ már egy idő óta = schon seit einiger Zeit = depuis quelque temps ⁵ püspöki (v. érseki) egyházmegye = Bischofs- (oder Erzbischofs) Sprengel = diocèse ou archidiocèse ⁶ táj = Gegend = étendue ⁷ alacsony = niedrig gelegen = bas ⁸ meredek, szakadékos = steil, abschüssig = escarpé, abrupt ⁹ kövezett = gepflastert = pavé ¹⁰ alta

Campi Hortobágyenses.

Joannes Jenev dr. Sch. P. Debrecinensis

Modo nemo quidem dicat, pastorem Hortobágyensem nunc solem, nunc autem lunam stupendo victim quaerere, deinde nihil ei aliud curae esse, quam solo accumbentem speculari regionem, vel supinum²² sibilare. Multo plus laborat, quam quicunque operarius. A mane usque ad vesperum pecudes sequitur, verum a calore solis sub arboribus frondosis refrigerari²³ vel a vento veris acuto et a languida pluvia autumnali in certam sedem se recipere saepenumero placet, sed ad talem quietem modo tunc tempus confert, cum etiam pecudes in cratibus²⁴ conquiescent. Pecudes aquam cotidie quinques-sexies quoque postulant, illie autem rivus leni murmure delabens nullus est, qui potum reficientem sponte suā effundat. Ibi famulo ad opus faciendum graviter accedere necesse est, ut ali-


²² hanyattfekve = auf dem Rücken liegend = étendu sur le dos ²³ hüsöl = in der Kühle ruhen = prendre le frais ²⁴ cserény = Hürde = claire de pâture

quot milibus pecudum hamā²⁵ semiamporae²⁶ portionem cuique suam exauriat. Robur pueri rustici nemo est, quin admiretur singulas huiusmodi aquationes spectans.

Nonnullius generis avium deversorium²⁷ quaesitum est Hortobágy. Quadrupedum quidem ibi parum invenitur, eo plus avium: parrae, ardeae, otis tarda,²⁸ grues, anseres cinerei, scolopax²⁹ rusticola,²⁹ anas boschas, sterna³⁰ minuta,³⁰ etc. Attamen aves maxime propriae sunt anseres cinerei, qui agminibus magnis incredibilibus haud mediocrem laetitiam afferentes venatoribus in planicie ultro citroque vagantur. Propter id ipsum anser cinereus mirifice providus est. At bene facit, alioquin venatores citissime eos interimant. Verumtamen deploranda esset eorum iactura, clangentes enim et instar nubium volitantes formosae aves amoenitatem solitudinis auguae valde amplificant.

In campis Hortobágynibus augusta et admirabilis species³¹ est Fata Morgana, quae in aestivis diebus tranquillis fervidisque ludos pulchritudine eximios arte magica producens delectatione et miratione animos spectatorum afficiens ad meridiem iocatur. Ubi paulo ante nonnisi immensa planities et caelum cernebantur, cum anseribus errantibus, nunc magnas aquas admirantes videmus patescere. Aqua pura est velut crystallus et clare appetet, ut commovetur, fluctuat et volvit. Sed imago repentina³² brevi mutatur et turres magnae, domus magnificentissimae tamquam fascinatione³³ emerguntur nunc stantes, nunc autem subversae. Conspectus extemplo urbibus repletus erit. At omnia rursus ex oculis elabuntur. Iterum aqua splendida ac pura fluctuat, crispatur.³⁵ Fere strepitum non audiri admiramus, nihil vero auditur. In solitudine silentium strictissimum est, dumtaxat leniter volitans aura vocem nonnullius anseris cinerei alicunde secum fert. Tum vero celeriter vehemens ventus cooritur et res nova atque insolita apparere desinit. Denuo hanc nudam solitudinem videamus, ubi anseres cinerei vagantes nunc ipsum sedem ac domicilium constituant.

Ex quo frequentia³⁶ peregrinorum³⁶ etiam in Hungaria magis magisque crescit, et cancellariae³⁷ commeatus³⁷ peregrinorum³⁷ curant, ut advenae in patria nostra bene se habeant,³⁸ nos amare cooperint et nobis cum recordationibus festivis redeant: ad hoc quoque diligenter confertur, ut illi spectaculorum avidi, at in nobis saepenumero homines barbaros quaerentes, tandem iam noverint nos: patriam amoenissimam, nationem honestam et consuetudines nostras. Quare hospites amici ad nos pervenientes simul in medio Hortobágy sese inveniunt, infinitatem ingentis solitudinis milia secretorum occultantem magno cum gaudio et stupore nec opinantes³⁹ cognoscunt. *Finis*



Aves Hortobagyenses.

²⁵ vödör = Wassereimer = seau à eau ²⁶ akó = Eimer (als Mass) = muid ²⁷ tanya = Herberge = repaire ²⁸ túzok = Trappe = outarde ²⁹ erdei szalonka = Schnepfe = bécasse ³⁰ csér = typischer Vogel Hortobágy-s = sterne ³¹ tünmény = Erscheinung = phénomène ³² délibáb = Luftspiegelung = mirage ³³ meglepő = überraschend = surprenant ³⁴ varázslat = Zauber = enchantement ³⁵ fodrozódik = sich kräuseln = onduler ³⁶ idegenforgalom = Fremdenverkehr = affluence des étrangers ³⁷ idegenforgalmi iroda = Fremdenverkehrsamt = bureau de tourisme ³⁸ jól érzi magát = sich wohl fühlen = se plaisir ³⁹ meglepetve = überrascht = étonné



RES FEMINEAE.

De Sancta Liduina.

Cum moderator «Iuventutis» me rogaverit, ut historiam alicuius celebris feminae Batavae scribam, me recte facere puto vitam huius sanctae virginis narrando, cuius gloria, virtute parta, Bataviae fortasae magis honori sit quam facinora aliarum clararum mulierum. Non quia feminas, quae in historia Batavorum animo aut fortitudine excellebant, non aestimem — nuper in hac ephemerede (a. 1936, Sept. pag. 4) ab discipulis gymnasii Schiedamensis uxoris Grotii et ancilla iure laudibus elatae sunt — sed quod maxime hoc tempore, quo virtutes spirituales et vera animi magnitudo

iacent,¹ iuventutem illas magni putare et amare maxime interest.

Nam Liduina ad gloriam et honorem pervenit, non facinoribus magnis, non fortitudine virili, sed patientia et amore erga Iesum Christum, quae virtutes in omnibus malis maximam constantiam observavit. Famam tam celebri fuit, ut iam paucis annis post mortem eius plures scriptores vitam eius posteritati seryaverint, in quibus ille celebrissimus orator ex ordine fratrum minorum Brugman. Itaque acta Sanctorum Aprilis tomus² II hoc testimonium perhibent:³ «Prae omnibus tamen singulariter excellunt eximia pulcherrimaque monumenta, quae de Sancta Virgine Schiedamensi Liduina collecta hic habentur».

Fortasse operae pretium est edere, quae de illa in «Chronicis episcoporum Monasteriensium»⁴ saeculi XV scriptum sit (Liduina anno 1433 mortua est): «Fuit praeterea in diebus suis (i. e. Othonis episcopi) in Hollandia in civitate Schedamme virgo quaedam Liedwigis nomine, quae ab anno domini MCCCCXI nullis⁵ penitus⁶ vescebatur nutrimenti praeterquam, quod semel infra quindenam⁶ venerabile sacramentum sumpsit eucharistiae. Et ab eodem anno usque in praesentem diem non dormivit». E scriptis posterioribus imprimis ille liber, quem K. J. Huysmans scripsit sub titulo: «Vie de Sainte Lydwine de Schiedam» notus factus est, non solum quia tam admirabil modo vitam dolorosam virginis descripsit, sed quod etiam sermone dulci pretium orationis, passionis, mortis despectionis terrenarum rerum laudibus extulit. Etiam subtiliter explicat cur illo tempore, maximis vitiis, maximis aerumnis⁷ Ecclesiam Dei vexantibus, Deus Sanctam Liduinam patientiam et caritate elucere voluerit.

Liduina Schiedami in Hollandia die Palmarum anno 1380 humili loco nata est. Cum itaque duodecennis esset, utpote⁸ egregiis animi corporisque dotibus instructa, a pluribus in matrimonium petebatur, sed cum virginitatem perpetuo sibi custodiendam statisset, Deum exoravit, ut deformitate potius morbisque afficeretur. Voti compos facta est, nam cum XV aetatis anno solea⁹ glaciali⁹ currendo⁹ delectaretur, infasto casu dexterilateris costa¹⁰ ei confracta est. Ex hoc tempore usque ad finem vitae, per 38 annos incredibili morborum et dolorum multitudine vexabatur. Primo Liduina, utpote puella 16 annorum, a passione abhorrebat, vivere et valere cupiebat, alii semper oneri esse eam pudebat. Sed verbis Sacerdotis aliquius et gratia divina paulatim illa patientia heroica crevit, quae omnes miserias superaret.

Coelestia mysteria, Dominicam¹¹ praesertim passionem mente contemplans, se ut piaculum peccatorum mundi obtulit, postea iam Deo gratias egit, tribulationes¹² augeri sibi magis quam minui optavit. Et dolores erant illi fere suprahumanum modum: non certo morbo laboravit, sed «magnus exercitus morborum, corpus eius invasit», quod post dierum spatia sic est consumptum, ut a pectoralibus inferius usque ad pedes sola nervorum¹³ compago in suis remanens naturalibus locis subducta cute appareret. Per totam vitam in paupere casa patris mansionem¹⁴ habebat, ubi magis magisque se omnibus commodis privabat, quae in tam intolerabilibus doloribus eam levare possent. Ipsa inops, de sibi erogatis¹⁵ eleemosynis¹⁵ pauperes sustentabat. Prope sine cibo, sine sommo nocte

dieque lecto afflita erat; quin etiam per 23 annos se neque solem neque lunam vidisse aliquando visendi causam venientibus narravit. Omnes propinquui, qui virginis multum officiosi erant, singuli e vita abrepti sunt, quod Liduinae vel maximum malum erat.

Cum 53 annos vixisset, mirabili modo Deus eam certiorum fecit tempore festi Resurrectionis Domini in coelum migraturam esse, quam monitionem magnam laetitiam accepit. Aliquot annis ante Deum oraverat, ut se solam, plena conscientia mori sineret. Huius voti memor omnes e cubiculo arcebat, cum horam mortis appropinquare sentiret. Et ab omnibus relicta, parvo nepoti filio fratri, qui solus apud eam vigilabat, admurmurans: «Ah, si Dominus videret, quantopere patiar» animam exspiravit, in omnibus rebus Christo similis, qui Cruce pendens exclamaverat: «Deus, Deus, ut quid me dereliquisti!» Corpus — mirabile dictu — integrum et decorum repertum ingenti hominum concursu tumulatum et sepulcrum — sacello desuper exstructo — multis miraculis claruit.

S. Christiana (Haarlem).

¹ nem sokra becsülik = ist verachtet = est sans honneur ² kötet = Band = volume ³ narrant ⁴ Münster = Moutier ⁵ egyáltalában semmiséle = gar kein = aucun ⁶ diem XV ⁷ viszontagság = Not = vicissitude ⁸ mint-hogy = da = comme ⁹ korcsolyázás = Schlittschuhlaufen = patinage ¹⁰ borda = Rippe = côte ¹¹ Domini ¹² kín = Qual = tourment ¹³ ín = Sehne = tendon ¹⁴ szál-lás = Quartier = habitation ¹⁵ donatis stipibus

II. Scientia Nandi temptatur.

Der Nant. Eine lustige Studentengeschichte vom Reimichl. Verlagsanstalt Tyrolia Innsbruck. 1929. Latine redidit Avenarius presb. S. V. D. Tirschenreutensis.

Decanus²⁵ pagi, complures vicinorum locorum sacerdotes et ludi magistri venerant ad temptandam puerorum scientiam. Nandus respondebat nihil deliberans omnia, ut emissum tormentum²⁶ bellicum²⁶ praecepitans. Et decano quidem illius mos videbatur placere, et plura est interrogatus quam ceteri. Initium factum a grammaticis: «Dic mihi, puerule, quae pars orationis est vox asini?

Asinus est verbum.

Nam cur verbum est?

Quia dicimus: ego sum asinus, tu es asinus, ille est asinus. — Qui preeerant, ut occultarent risum ad parietem se converterunt.

Erras, mi puer. Vox asini nomen est, substantivum est. Verba indicant, quid res agat, quid patiatur res. Nunc dic nobis verbum! — Mordere.

Recte dicis. Nunc eius verbi, quod est mordere, da formam praesentis temporis! — Mordeo.

Praeteriti! — Momordi.

Futuri! — Mordebo.

²⁵ plébános = Dekan = doyen ²⁶ ágyúgolyó = Kanonenkugel = boulet de canon

Imperative! — Nandus hic haesitat. Tum magister se interponens: «Id tu, Nande, certe scis. Nam quid tu dicis Caroni, cani vestro, quando eum iubes mordere aliquem?» Et iam Nandus acuebat ad loquendum os, cum etiam decanus adhortatus est: Dic audacter! Via iam tibi facta est ab magistro. Quae ergo forma imperativa mordendi est?

Caro, hus, hus! Hus, caro!

Et hic examinatores aegre premebant risum. Calculus²⁷ alias Nandi fuerat provincia. Sed strinebat sub scanno calceum, cum decanus ex improviso interpellat: Quot sunt quattuor et septem? Nandus, quod non apprehenderat, quod interrogabatur, conticuit. «Da operam, inquit decanus, puer! Si septem hic ego posuero ova, tu apposueris septem meis quattuor tua, quot erunt ova?»

Nandus qui neecum apud se erat, neque odorabatur, quid sibi vellet interrogatio, effutit: At ego ne possum quidem ova²⁸ ponere.²⁸

Tum vero risus coortus omnium est. In historia biblica Nandus post egregia initia nonnulla Nandina²⁹ edidit specimina. Decanus: In quam rem stulta Loti uxor mutata est?

In salis saccum. — Hic omnes cachinnantur.

Quam ob rem Israelitae, cum Moyses tamdiu remoraretur in monte, aureum fecerunt vitulum?

Quia ad faciendam vaccam parum auri erat.

Tum etiam decanus ad parietem versus sudario exterget os sibi et oculos. Ad finem examinis Nandus postremum evocatus celeriter reponit, quae celeriter interrogatus est: Quod nomen imperatori nostro? — Franciscus Josephus primus.

Ubi is residet? — Vindobonae.

Quod nomen papae nostro est? — Pius nonus.

Ubi is thronum habet suum? — In urbe Roma.

Quod nomen episcopo nostro est? — Vincentius Gasser.

Ubi sedem is episcopalem habet? — Brixiae.

Tum decanus parumper subridens vafre³⁰ interrogat: Et quod nomen inspectoris scholae vestrae est? — Reverendus dominus Rulandus, decanus.

Et ubi habet sedem is suam? — Nandus aliquantulum moratus: A tergo, inquit.

Tum omnes examinis hospites se curvantes risu ad fenestras cucurrerunt. Ne decanus quidem se continuuit amplius. Tersā aliquamdi facie ad Nandum accedit et tundens humerum eius: Ex callidissimis tu pueris es; idoneus tu, qui humanitatis tractes studia.

Et hic fuit finis examinis. *Continuabitur.*

²⁷ számolás = Rechenkunst = calcul ²⁸ szójáték: tojást helyezni, tojni = Wortspiel: Eier legen = jeu de mot: mettre des oeufs, pondre ²⁹ adjективum ex: «Nandus» ³⁰ furfangosan = pfiffig = astucieusement

Caesarem a Cicerone hospitaller exceptum fuisse. (4)

Ad fabulam Th. Birii latine libere tradidit *Aemilius Láng O. Praem. Keszhelyensis.*

Subito in expassa ianua appetet Terentia. «Totus in studiis, — in clamat acriter, — nihil curas. Quid cum hospitibus? Dic saltem, quaeo, quae vina depromat.»

Cicerio inquieto animo sequebatur uxorem in porticum, ubi cellarius praestolabatur. «Quid multa — dixit male affectus. — Duo tantum habemus genera vini Trifolini, unum octo, aliud quindecim annorum.»



Statua Galvanii Bononiae (pag. 61).

— Quod nunc iam sedecim annorum est, correxit dominum cellarius. At anim superest nobis et dulce vinum Lesbium.

— Ergo etiam illud! Hodie, pol, sumptui non parciam!

Terentia cellario remoto maritum in amplum introduxit cubiculum, ubi totam procellam suae eloquentiae actuose² effudit: «Caesarem perosum ad me domum adduces...»

— Evidem non, respondit Cicero, idem ipse se adventurum nuntiavit.

— Timiditas illa notissima scilicet retinebat te, quominus hospitium ei renuntiaret! Qui vero ab ianua abigatur oportet!

Vox faucibus haesit Ciceroni, qui suavissimos odores Arabicos totum cubiculum muliebriter implentes tacitus duxit naribus; oculos errantes a vestimentis pretiosis uxoris, quae super lectum apparata iacebant, in speculum convertit parieti affixum, unde ei imago³ minime pia³ redi videbatur.

¹ várakozni = wärten auf = attendre ² szenvedélyesen = leidenschaftlich = passionnément ³ felemelő látvány = erhebender Anblick = spectacle édifiant

— Tu nimirum semper ambigu ingenii, eras, — perrexit, sermonem Terentia, — incertusque, quid ageres in illo certamine, quo Pompeius absemptus est. Re vera diis hominibusque diffidendum atque desperandum est. Pompeius enim ex insidiis oppressus est a Caesare, qui totam nobilitatem, lectis in senatum hominibus servis,⁴ dedecoravit. Quid, quod detrectat virtutes et auctoritatem optimatum, quo facilius ad regium fastigium evenatur! In Aegypto cum Cleopatra deliciis diffluit et nunc copias traiecturus est in Africam vel in Hispaniam, ubi nostri locum tenent; huc ideo tantum venit, ut se blanditiis in tuam insinuaret amicitiam teque — temet ipsum hospitium tuum benigne accipiendo irretiret. Et quid tu?

Cicero male excruciatu nunc sinistra manu caput perficbat, nunc graviter ingemiscens mentum terebat, acsi non recte tonsus esset.

— Tu scilicet Pompeium afflictum terrae acerbis irrisisti facetiis, cum perterritus a Caesare delitesceres.⁵ Quanto maiorem debemus honorem Catoni dicenti aut libertatem esse retinendam aut omnino intereundum. Se malle tortum rapi rotā currenti quadrigarum tyranni triumphantis, quam servile eiusdem subire iugum.

Cicero fractus in cathedra recubuit. Invectiones mulieris acidæ linguae iam omnem modum excesserunt.

— Caesari in Africa — increpabat maritum Terentia — proelio decertandum erit cum Catone eoque viro constanti atque impavido. Si tu ibi locum teneres, omnibus faustis te prosequerer. Quamquam quid loquor? tu ut proelium audeas, bone vir? Qui te totum in bibliothecam timide abdis, neque aliud quicquam in dies agis ac sine ulla intermissione insulsa⁶ blateras⁶ de virtute!

Cicero, cuius animo exarsere ignes, exsiluit cathedra et: «Stulta mula, — inquit, — malevolens execta,⁷ quae es, quid tibi vis? Rationis expers non intelligis me; non, non, non vis me intelligere! Optimum erit nobis, si divertium faciemus tuque domum relinques. Observantiam debitam mihi denegas, quin etiam auctoritatem perseveranter obtrectando imminuis, quod non feram, non patiar, non sinam! Sed ista⁸ valeant!⁸ Malum nuntium accepi aegrotantis Tulliolae.»

Litteras centies osculatas tradidit uxori, quae perfectis eis consiluit fronsque eius astricta furore remittitur. Sed tamen verbis consolantibus plane abstinuit, cum rauca voce diceret: «Alia super aliam cumulatur calamitas. Tam tenera, tam mollis est nostra Tulliola! Sed medicus domesticus peritus est sua artis. Quid? iam non sum mentis meae. Sed quid iuvat! Febris decedet. Bene sperandum est nobis.»

Cicero apprehendit manum coniugis et: «Id unum te rogo, — inquit, — benigne et hospitaliter excipias Caesarem. Quod fieri et oportet et opus est. Fac ut intelligas meam rationem⁹ agendi.⁹ Sunt Pompeiani, sunt Caesariani. Alii alium venerantur pro deo. Quod ego non sequar, nullius enim partis sum. Pompeianus tamdiu fui, quamdiu illum in commune profuturum arbitrabar. Pompeius an Caesar, mihi par idemque est: potentes a me tanti aestimantur, quanto emolumenta reipublicae esse possint. Testes sunt mihi dii immortales me nihil ultra tendere, quam ut Roma magna sit! Qui semel gubernacula rei publicae tenebat, imperio nullius se subiicit. Quam ob rem aliquando tan-

dem comprehendas, quaeso, mente, cur lateam. Abditus exspectabo hic, dum capere potero tempus redeundi Romam. Vidimus enim et magnos viros esse mortales.

— Quid si Caesar moriatur! — Oculi Terentiae loquentis scintillabant.¹⁰

«Libertas aut mors!» Magnifice dictum. Sed libertas a Catone praedicata est nihil aliud, quam perturbatio rerum, sordes¹¹ et avaritia¹¹ multorum, neque enim ullus abstinenter¹² in commune consulere¹² vult. Libertas huius temporis peior est tyrannide. Imperium Romanum late extentum capite indigit eoque viribus et auctoritate pollutent.

— Tarquinio Superbo, — acclamavit Terentia supplodens¹³ pedem.¹³

— Prudenti principe — respondit Cicero — qui aequitate utetur in cives. Pompeius parum habuit virium, experiamur igitur Caesarem nunc temporis omnium potentissimum. Cui quidem diffido, quem quidem metuo, qui tamen mihi exoptatissimus erit, si consensu civium rex factus in omni re publica administranda ad voluntatem populi se accommodabit.

— Cuius tamen ensis cruore civili manat, caede nostrorum, — interfatur irata Terentia — et qui summum imperium clam M. Antonio, homini illi ferocissimo et pugnacissimo suppeditat. Odi eum! odi ambos! Odiosa sunt mihi pacta conventaque! Desiderio, magno desiderio teneor nobilitatis animi mentisque in viro dignitate mixtae.

Cicero oculis acribus in Terentia fixis considerate respondit: «En contumacia tua semper eadem! Tu iam innupta pervicax fusti, quod quidem tunc satis te decebat, sed — bona veniam me audies — iste tumor¹⁴ animi cum composita nostra aetate iam non congruit. Succurre mihi! Sine asservem acerrime Caesarem, cuius animus¹⁵ novis¹⁵ et necopinatis acclinis¹⁵ est. Si contra spem et exspectationem de reipublicae salute mecum non consentiat, si in eo Superbus ille lateat, quem tu perhorrescis (quis praesenserit futura!), tunc pereat inveniatque suum Brutum...»

— Brutum?

— ... tunc gubernacula reipublicae iterum prehendere in animo habeo, patria enim me plurimum amat.

— At tu detrectas militiam, tu times aciem ferri! — Terentia accessit marito ad aurem et dixit: Cicero, occidistine iam aliquem?

— Quod abominor! Ne unquam Juppiter sive rit! — respondit perterritus Cicero.

— Quid ergo? En abi ad tuum Tironem et recipie te in receptaculum tuum! Habes adhuc tempus duarum horarum, dum aderit tibi hospes

¹szolgalelkü = servil = servile ⁵elbjuni = sich verkriechen = se cacher ⁶badarságokat fecsegni = Albernenheiten herpapeln = dire des bêtises ⁷kígyó (szidalom) = Schlange (Schimpfwort) = serpent (terme injurieux) ⁸hagyjuk ezt! = lassen wir das! = laissons cela! ⁹maga-tartás = Verhalten = conduite, façon d'agir ¹⁰szikrázni = sprühen = étinceler ¹¹piszkoz kapzsáság = gemeine Habsucht = sale rapacité ¹²önzetlenül szolgálni = selbstlos dienen = servir avec désintérêtissement ¹³lábával dobbant = mit dem Fusse stampfen = taper du pied ¹⁴felfortyanás = Aufbrausen = colère subite ¹⁵az újtátsok embere = ein Mann der Reformen = un homme des réformes

summā spe; utere occasione et conscribas quam citissime librum novum aeternitate tua dignum.

Terentia vocatis dein cubiculariis aperuit ianuam: Numquid vis? Abibo iam, ut me principi
tuo exornem!
Continuabitur.

LECTORIBUS MAIORIBUS.

Commentarioli de Aloysio Galvanio.

(1737—1798.)

Virorum clarorum, qui inventis suis non modo popularibus, sed etiam communis hominum generi commodo utilitatique erant, in numero procul dubio collocandus est Aloysius Galvanius, quem superioribus mensibus, *bis centesimo ab eius ortu anno redeunte*, viri docti, qui et apud Italos et ubique, paene dixerim, terrarum operam rerum naturae inspiciendae impendunt, singularibus officiis prosecuti sunt. Is igitur Bononiae a. 1737 natus est, in eaque urbe, studiorum quasi perfugio et portu, omne vitae tempus — adeo eam in deliciis habuit Luciae Galeatiae, uxoris dilectissimae, animo indulgenti nixus — transegit, usque ad sexagesimum aetatis annum.

Cum adhuc praetextatus¹ esset, in divinarum rerum contemplationem, patris consilio motus, incubuit atque sacerdos cooptatus est; postea vero, haud multo tempore spatio interiecto, cum corporibus² aperiendis³ in rerumque naturae ratione pervestiganda versatus esset, doctor in Academia Bononiensi est renuntiatus doctorumque circulis monstratus est. — Cuius rei causā factum est, ut a. 1762 in eandem ipsam academiam, ut chirurgiae et anatomiae praeepta tradiceret, accitus sit; at, quā erat mentis numquam adquiescentis naturā, in arte obstetricia³ tractanda, ratione disciplināque aliquandiu seorsum positis, clarus evasit. — Quānam igitur causā ita innotuit? Ei enim, degluptae rancae motū distensionesque, postquam lumborum nervis bimetallicum admoverat arcum, consideranti, in feris electricis vim inesse visum est, quod in cruralibus rancae nervis electricis cumulandae atque in bimetallico arcu⁴ diffundenda vis et natura inesset, praetereaque rei iteratae causā ex hoc, quod alma rancae virtus redintegraret arcum, penderet. At longe aliam esse Galvanici inventi causam cogitavit Alexander Volta, vir Comensis: is enim uni bimetallico arcui rei causam attribuit. Qua ex rerum discrepantia perdifficilis quaestio illa orta est, quae ne nostris quidem temporibus est conclusa. Quae Galvanius cogitaverat, opere, quod *«De viribus electricitatis in motu musculari commentarius»* inscribut, exposuit. Si quis vero omnia eius opera perlegere velit, scito ea Bononiae a. 1831 in volgus produisse. Utcumque res se habet, nemini jam infitias⁵ ire⁵ licebit recentiores physicos atque physiologos feras peculiari quadam electricitatis vi esse praeditas invenisse; at illud considerandum est ex huiusmodi controversia Alexandrum Voltam sibi pilae⁶ inveniendae viam aperuisse; et eius inventum quanta jam attulerit atque adlaturum sit commoda, nemo quantumvis indoctus reperietur, qui ignoret.

Galvanius vir vitae integer fuit et paucis annis, antequam moreretur, acerbissimo immeritoque excruciatus est dolore. Etenim is, republika Cisalpinā stante, quippe qui novo rerum ordini adversaretur, iurare iussus, rem, ne periurio se obstringeret, fastidivit reiecitque. Quapropter vehementer irati, qui rei publicae praeerant Galvano praeceptorum in academia tradendorum munus, nullā adversus tantum virum reverentiā habitā, abrogaverunt. Viro autem verendo in summaque rerum egestate vitam degere coacto, cum frater, tum unus et alter sodalis pro viribus opitulati sunt. Attamen cum is calamitatem, libertatis imminutio nem aculeique contumelias tolerare nequiret, doloris facibus pressus, fortunae malignitate, quamquam se iniquo esse iure queri poterat, confossus, Bononiae pr. non. Dec. a. 1798 vita migravit.

Miserrima quidem Galvani vitae finis Archimedis sorti similis mihi videtur, quoniam sclera patraverunt cum miles, qui mathematicum, quedam in pulvere radio describentem, interfecit, tum Galliae Cisalpinae moderatores; at miles inscius, moderatores vero, pravā moti voluntate, nefarie flagitioseque se gesserunt. Sed, dum hi se flagitiis dedecoraverunt sempiternasque foedissimae turpitudinis notas subierunt et velut inglorii ignobilesque oblivione obruti sunt, Galvani fama manet mansuraque est in hominum animis.

Johannes Baptista Bellissima Prof. in Universitate Pisana.

¹ adulescens ² anatomiae ³ szülészet = Hebammenkunst = obstétrique ⁴ vezető = Leiter = conducteur ⁵ negare ⁶ oszlop = Säule = pilier (voltaique)

Latinum vivum.

1. Litterae circulares Scholarum Piarum Szegediensium latinae. Professores alumnique Scholarum Piarum Szegediensium occasione festi Patrocinii S. P. Nostri triduo adorant SS. Eucharistiam, quo finito in honorem S. Iosephi Cal. Fundatoris Ordinis nostri in aula gymnasi sollemnia celebranda instituunt. Ad quas festivitates Amplissimum patronae civitatis nobilis Magistratum, Exalumnos nostros, Parentes discipulorum, omnesque amicos fautoresque scholarum reverenter invitati Director Gymnasii. Diebus 25 et 26 celebratur missa, s. contentionem habentibus primo die P. Iosepho Kerkai: Eucharistia in vita nationum, secundo vero die P. Iosepho Révai: Eucharistia et familia. Die 27 missam celebrat, Sacramque Communionem iuventuti nostrae distribuit Ex-mus D. Iulius Glattfelder de Moor, Episcopus Csanádiensis, contentionem vero habet P. Stephanus Albert: Eucharistia et discipuli Scholarum Piarum. In academia musico-litteraria, in qua a choro musico scholaque cantorum altissimorum auctorum opera varia tractantur, recitanturque carmina, sermonem panegyricum habet Stephauns Müntyán dr. iuris, senatus praeses Tabulae Regiae Iudiciae, exalumnus gymnasii nostri.

2. Congressus Eucharisticus. Nuper viri externi, quibus itineris faciendi et navigandi ratio curae est, Budapestinum advenientes, ut de peregrinationis eucharisticae apparatu et sumptibus cum nostratis deliberarent, a principe primate Hungariae, Iustiniano Card. Serédi latine salutati sunt. Sua Eminentia deinde cum singulis nationum delectis viris germanice, gallice, italicice, anglice de patria uniuscuiusque colloquens omnes admiratione imbutit. Ceterum nemo est, quin laudibus efferat modestiam summi viri ecclesiastici Hungariae, qui primo decennio

sui archiepiscopatus et principatus expleto noluit, quin etiam vetuit se sollemniter celebrari. Haec vera est imitatio Christi! — Qui ad congressum eucharisticum Budapestinum venire volunt, convertant se ad officium eucharisticum: Budapest, IV., Ferenciek-ter 7., II.

3. **De congressu latino internationali** (vide fasc. 1—3. pag. 11, 30, 46) nondum rationem reddere possumus, nam rem ad viros, ad quos pertinet, detulimus, qui sine dubio facient, quae possunt.

4. **De studio et usu linguae latinae** in periodico «Roma» Instituti Studiorum Romanorum (num. 6, Iun. 1937. pag. 222) nuntii novitate rerum laetissimi leguntur. Sic tres orationes Mussolini ducis a Nicolao Festa professore latine editae sunt. Deinde comperimus, quae sit sententia Armandi Silvestri, Alberti Bairani et aliorum virorum doctorum de usu linguae latinae internationali. Quia Itali proximi sunt heredes Romanorum atque latinitatis, praefectos Instituti Studiorum Romanorum multo magis quam alios ad condendam societatem amicorum linguae latinae internationalem natos arbitramur. Utinam tandem primus congressus latinus internationalis convocetur, ut quaestiones ad studium et usum linguae latinae pertinentes omnes pertractentur et sors futura latinitatis constitui atque ratione regi possit! Nam «concordia parvae res crescunt, discordia maximae dilabuntur».

=====

Periodica latina discipulorum.

1. **Auxilium latinum.** Brooklyn, New York. Vol. 10. October—November 1937. Pag. 1—20. (Hoc periodicum imaginibus ornatum adnotaciones anglicas quoque continet). W. C. Fields.—Parva vestalis. — De urbe novo Aureliano. — Per orbem. — Res a tironibus radiophonice actae. — Cum Xerxe in itinere Thermopylas. — Obelisci. — Forma librorum antiquorum. — Res ad scribendum necessariae. — Lingua latina in diplomatis dollaribus nostris. — Fides Romana. — Omnes rideamus. — Aenigma. — Editor loquitur. — Res curiosae. — Th. A. Edison.

2. **Nuntius Latinus.** West de Pere, Wisconsin, U. S. A. Vol. II. 1—3. Oct.—Nov. — Hoc novissimum periodicum imaginibus illustratum magna ex parte opuscula breviora lectoribus minoribus utilia continent, quae partim ex ephemerede nostra et ex libro in usum scholarum destinato Aloysii Jirka professoris Budapestinensis excerpta sunt, partim ab auctoribus Americanis composita sunt. Amicorum latinitatis nemo est, quin gauderet tanto progressu novi periodici latini.

Periodica latina virorum doctorum.

1. **Alma Roma.** Romae. Ann. XXIV. Fasc. V—XI. Mai.—Nov. Pag. 73—180. — Ad renovandum linguae latinae usum. — De 10 versionibus latinis Cassandrae Schillerianae. — De fontibus iuris italicii linea menta historica. — De certamine poetico Hoeufftiano anni 1936. — Ssmmi D. N. Pii PP. XI litterae encycliche «de Communismo atheo». — Machiavelli: De republica disputaciones. — Val. Feher (noster quoque socius): Regulus (actio dramatica Iosephi Collin). — De telegrapho apud veteres Graecos. — Philologicae notae. — De latini sermonibus notis singularibus. — De basilica «S. Mariae Antiquae». — Bestiolae cantantes ex Iaponica. — Colloquia latina: Petitionis latus. Ludus globulorum. Ludus turbinis. Ludus lapidum orbicularium ad metas. — De Leonardi Vinci Anatome. — Alchymia et alchymistae. — De quorundam moroso musicorum ingenio. — De «Hallesismo» doctrina italica rei oeconomiae regundae. — Epistolare sociorum commercium. — De veterum balneis. — De recta iurium comparandorum ratione. — Rus Burghesianum. — De

florum usu in priscis christianorum funeribus. — Praecepta urbanitatis. — Mussolinius apud Germanos locutus est. — Medicae notae: De crisi et diebus criticis. — Carmina: Non paevalebunt. Visiones rurales. Ad sanitatem tuendam. In instauratum imperium. Satanias. Carmina Bohemica. — Librorum recensio. — Annales. — Varia. — Escarum ordo. — Iocosa. — Aenigmata. — Funera.

2. **Societas Latina.** München. Annus V. fasc. II—IV. 1937. Pag. 17—64. — Nova vocabularia neolatina (hic etiam dictionarium rerum recentissimarum Iosephi Wagner a Georgio Lurz moderatore tractatur). — De nova Bibliae editione Latina. — Annotations criticae ad vocabularium Societatis Latinae. — De hippopotamo lactuculo in vivario Vratislaviensi parto. — Avenarius (noster quoque socius): Schipperiana colloquia: De attritu exulceratorio. De ea, quae medicis est arteriosclerosis, obdurbatione arteriarum. — Vertendi specimen. — De novo vocabulario Germanico-Latino ecclesiastico. — Latina. (Imperium. Babel. Cultura. Liturgia. Vita. Contraria. Lingua paterna). — De lugubri epistula regia XVIII saeculi. — Sator arepo (Voces inanes. Verborum interpretatio. Alia anagrammata. Cryptogramma Christianum. In urbe Pompeii Christianos fuisse. Formula hodie quoque usitata). — Carmina Ottonis Schmied (censor aenigmatis «Iuventutis»), Halleri, Preussii, Rothii, Bezdechii, Anonymi. — Noscenda. Interrogata. Responsa. — Aenigmata. — Recensio librorum. — Prospectus periodicorum (ubi etiam «Iuventutis» mentionatur).

3. **Archivum Philologicum.** LXI. 4—9. Apr.—Sept. 1937. Budapest. Pag. 145—304. Hoc periodicum maxima ex parte hungarice scribitur cum summaris germanicis aut gallicis aut italicis aut latinis, etc. Sunt tamen, qui non hungarice scribant, quorum in hoc volumine *Carolus Aes Dictionarium rerum recentissimarum Hungarico-Latinum* Iosephi Wagner latine tractat.

=====

De re aenigmatica. ⁽⁴⁾

Otto Schmied Vindobonensis.

Solutiones aenigmatum tertiae partis.

14. cana sqq.; 15. corpus, corvus; 16. aquila, aquilo; 17. ursus, urus; 18. volat, violat; 19. demo sqq.; 20. finis, funus; 21. hostis — tis + pes = hospes; 22. venatio — at = venio; 23. ursis + nive = universis.

Logographis litt. a — c aenigmata propinquaque sunt, in quibus ex allato vocabulo singulis *litteris mutandis* semper nova vocabula tibi conicienda sunt, dum in ultimum item allatum vocabulum incidas velut ex voce «Ceres» per «cares» (vel «cenes»), «canes» in vocem «panis».

24. *A vita usque ad mortem.*

| |
|---------|
| V I T A |
| |
| |
| |
| |
| M O R S |

Primum tu in voce «vita»
Litterarum unam ita
Muta, ut appareat
Nova vox! Tum idem fac
In secunda et in tertia
Et in quarta sicut antea,
Dum, ut hoc in terris fit,
Mors e vita venerit.

(Cf. «Fröhl. Latein. II 31)

Simili modo cum logographis litt. e, d aenigmata, quae vocantur *pyramidalia*, componi possunt: aut ab una vel compluribus litteris incipienti singulis

litteris addendis aut a vocabulo quodam singulis litteris detrahendis nova vocabula fingenda sunt, qua in re ordo litterarum etiam varius esse potest. Ita aut *pyramis* («n, ne, nec, neco, necor») vel *truncus pyramidis* («rus, urus, ursus, rursus») aut *pyramis inversa* («silex, ilex, lex, ex, x») vel *truncus pyramidis inversae* («mater, ater, ter») aut denique compositio utriusque speciei *pyramis duplex* («a, as, aes, aves, naves, nave, ave, ve, e») vel *truncus pyramidis duplex* («per, aper, caper, cape, ape») vel «Icarus, carus, crus, rus, urus, murus, Maurus»).

Ut aenigmata pyramidalia facilius dissolvantur, interdum litterae adhibendae sive afferuntur sive numeris circumscribuntur. Varias species huius generis aenigmatum ex hisce exemplis melius cognoscas :

25. *Pyramis.*

| | |
|-----------|-----------------------------|
| A | Est consonans haec littera. |
| A I | Pronomen est vox altera. |
| I I I | Est iuri res contraria. |
| N S S S | Sublimis auras pervolat. |
| S S V V V | Sed ventis vela ista dat. |

(Cf. «Fröhl. Latein» I. 66 !)

26. *Truncus pyramidis.*

Post volandi instrumentum
Sacerdotis vestimentum!
Tertium vocabulorum:
Imperator Romanorum!
Quartum in hac serie
Humi massam ponite!

27. *Pyramis inversa.*

«1 2 3 4 5;
2 3 4 5
3 4 5
4 5

libentius gratias ago,
5.

mi fili, quo formosiora sunt, quae
1 2 3 4 5.)
(«Fröhl. Latein» II 69)

28. *In horto publico.*

(truncus pyramidis inversus)

Cum custos horti publici pueros ibi pila ludentes quam celerime abire iussisset, unus e pueris remansit. Qui a custode interrogatus, cur etiam tum maneret, dixit se nescire, quid faceret. Tum custos aspere:

«1 2 3 4 5:
2 3 4 5
3 4 5!»

29. *Pyramis duplex.*

| | |
|-------------|---------------------------------|
| 1 | Vocalis in initio. |
| 1 2 | Pro nomine adhibeo. |
| 2 1 3 | Telluri est circumdatus. |
| 2 4 1 3 | Est idem atque «acidus». |
| 5 2 4 1 3 | Quod dicis de divina re. |
| 4 2 1 5 2 3 | Quis scripsit bellum Galliae? |
| 4 2 3 1 5 | Si ita est, te miseror. |
| 1 3 2 5 | Iam non est, quem sic alloquor. |
| 2 1 5 | In monte fossor reperit. |
| 5 1 | Quod ad subiectum respicit. |
| 1 | A quo incepit series. |

(Cf. «Fröhl. Latein» I 143 !)

30. *Duplex truncus pyramidis.*

| | |
|---------------|--------------------------------------|
| 1 2 3 4 5 6 7 | In epulis deliciae. |
| 1 2 3 4 6 7 | Quod praebent nobis purpurae. |
| 3 1 4 6 7 | Quid tu defessus diligis? |
| 1 4 3 6 | Huic «natu» vox est similis. |
| 4 6 1 | Seu «cadu» id est sive «frango». |
| 6 7 1 4 | Me afficit, si aquas tango. |
| 7 1 4 6 2 | Quae a r b o r praebet bacas dulces. |
| 7 1 4 8 6 2 | Quod m a l u m, medice, tu mulces. |
| 4 9 1 7 8 6 2 | In mari capitul h ic p i s c i s |
| | Aut: formam hanc in schola discis. |

(Continuabitur.)



Censor aenigmatum: Otto Schmied Vindobonensis.

Solutiones aenigmatum numeri III.

1. Viginti unum annos.
2. supra, utrum, prima, rumor, amare.
3. fugare, ecclesia, semen, truncus, initium, nuper: Festina lente!
4. Cupiditas homines caecos officit.
5. Orpheus, Morpheus.

Aenigmata recte dissolverunt: In Hungaria: Anna et Susanna Büchler (*Theresianum*), Anna Csányi, Juditha Angeli, Maria Csíky, Vera Földváry, Hedviga Gyimesy, Esther Horváth, Gabriella Iantsits, Martha Károlyi, Helena Koltai, Agatha König, Alicia Kühne, Margaretha Lukáts, Erica Palkovics, Margaretha Rózsa, Martha Stein, Aglaea Szemző, Eva Szendrey, Erica Tahy, Magdalena Tittelbach, Christiana Mantel, Valeria Vendl, Maria Krivoss, Maria Harcz, Maria Döbbelhof, Martha Kovács, Ágnes Szakonyi (*Sophianum*), Olga Kunzcer, Eva Lénárt, Susanna Schultheisz (*Veresianum*), Desiderius et Antonius Törley, v. Franciscus Hidy, Paulus Kristek, Ioannes Follinus (*Emerycanum*), Paulus Tolnay, Alexander Weber, classis III A. (*Scholae Piae*), Emericus Burián, Nicolaus Mayer, Stephanus Bodonyi (*Rákóczián*), Ioannes Liebner, Georgius Lénárd, Ladislaus Grosz, Ladislaus Keleti, Ladislaus Szabó, Egon Rosner, Fridericus Konrád, Petrus Resofszki (gymn. *IPEA*), Levente Hibbey (*Fayanum*) Budapestinenses. — Petrus Hanák, Dominicus Fodor *Kaposvárienses*, Carolus Bittner, Emericus Téglás *Strigonienses* (*Stephanum*), Antonius Kovács, Martha Seemann, Ladislaus Kiss *Hajdúnásienses*, Gabriel László, Andreas Uskert, Josephus Kaptay, Tatáni, Georgina Gerencsér *Zalaegerszegiensis*, Emericus Lipsitz *Debreccinensis*, Zoltanus Berthóti, Rudolphus Solymosi, Paulus Kovács, Eugenius Fitos, Stephanus Bartók, Gabriel Varga, Alexander Rozsnyói, Ioannes Jakubovenszky, Guilelmus Bárdos, Iosephus Schuster, classis II B. *Miskolcienses* (*Fraterianum*). — In Austria: Gerhardus Barany, Ericus Günther, Robertus Haenlein (gymn. *Acad.*), Thea Schmied, Guilelmus Fieber dr. *Vindobonenses*. — In Germania: Carolus Flesch dr.

Praemium sorte Ladislao Keleti, Annae Csányi,
Theae Schmied, Susannae Schultheisz, Paulo Tolnay,
Desiderio Törley, Petro Hanák, Josepho Schuszter,
Emérico Lipsitz obvenit.

=====

1. Quaestio iocosa.

Stephanus de summo armario¹ vas demit. Tum
Emericus : «Quam bene habes ! Quot centimetra
longus es?» — «170», respondet ille. Emericus :
«Quod ego 150 centimetra longus sum, e scabello²
20 centimetra alto certe ego quoque summum
armarium attingam». Iam temptat hoc, sed
frustra : etiam sic armarium summum attingere
non potest.

Qua de causa? E. Osim, disc. Rákóczi.

2. Logographus (d).

Maturam segetem fenumque secare mea ars est.
Ex me lambda fugas? Est tibi taeda super.
Fr. Palata Moravus.

3. Quadratum magicum.

1. 2. 3.

| | | | |
|----|--|--|-------|
| | | | A A A |
| 2. | | | E E I |
| 3. | | | M M V |

1. Haec vox stat pro adverbio.
2. Est avi invocatio.
3. Sic voco rem, quam habeo.

O. S.

4. Maturate auxilium hiemale!*
(acrostichum)

| | | |
|--------|--------|--------|
| . ibo | . itus | . ener |
| . gnis | . alis | . rdo |
| . pero | . ubeo | . are |
| . onum | . upio | . ger |
| . gere | . udex | . eneo |

Quae desunt litterae,
Si velis tu adicere,
Proverbium invenies,
Cui parens iuvias pauperes.
Ladislaus Iavorik, disc. Tatanus.

5. Crucigrama.*

| | | | | | |
|----|----|---|---|---|-----------|
| 1 | * | 3 | 4 | 5 | A A A D E |
| 6 | | | | | E I I I L |
| 7 | | 8 | | | L M M M |
| 9 | 10 | | | | N N O R S |
| 11 | | | | | T T U U U |

ad libram:

1. Non corpori, sed ;
6. Est , non idem ;
7. Est signum elementi ;
8. Tu nosti . . iam pridem ;

* Stellula apposita indicatur aenigma a censore aenigmatisco in versus esse redactum.

9. Sic infit³ duplex quaestio ;
10. Et hoc est «saltum facio».

ad perpendiculum:

1. Est membrum quoddam hominis ;
2. «Superba» vox est similis ;
3. Abbreviata est coniunctio ;
4. Pro «auctus sum» invenio ;
5. Sic dicit, qui vult emere ;
10. Hae litterae sunt liquidae.

Nicolaus Mayer, disc. gymn. archiepiscopal.

6. Votum censoris aenigmatici.

- | | | | | | |
|---|----|----|----|----|----------------------------------|
| 1 | 10 | 8 | 3 | 2 | Qui sensus inest in percussis. |
| 2 | 10 | 9 | 11 | 12 | Sic loquitur, quem vexat tussis. |
| 3 | 13 | 4 | 12 | 4 | Est vir, qui vadem sese dedidit. |
| 4 | 6 | 10 | 7 | 4 | Nec iacet is nec sedet neque it. |
| 5 | 9 | 7 | 14 | 12 | Aurigae illud imperatur. |
| 6 | 12 | 7 | 12 | 2 | Vir crassus talis non vocatur. |
| 7 | 10 | 9 | 6 | 10 | Est vir, qui vivit in navigiis. |
| 3 | 13 | 4 | 9 | 15 | Pro «noceo» hoc verbum invenis. |

Primis litteris

Atque tertius

Vobis nuncupatur,

Quod a me optatur.

O. S.

Notae: Lectoribus minimis: 3, 4; mediis: 1, 5; maioribus: 2, 6.

¹ szekrény = Schrank = armoire ² zsámoly = Schmel = escabeau ³ = incipit ⁴ duo vocabula

Terminus solutionum ad moderatorem mittendarum
dies X mensis Januarii.


Solutiones aenigmatum sumptibus comparcendi
causa singulis in scholis a magistro collectae in
eodem involucro epistulae ad moderatorem mitti
possunt.

=====

Lectores ad lectores.

Lector periodici Americani «Nuntius Latinus» commer-
cium epistolare habere optat cum lectori Iuventutis
Hungarico. Nomen et domicilium: Mr. Eugene Griffiths,
K. B. S., College of Our Lady Holy Hill, Hubertus, Wis-
consin, U. S. A.

=====



Corrigenda numeri 3 (Nov.) pag. 36: pro «illustrantur»
lege: illustratur. — pag. 37: pro: «constristatus» lege:
constristatus. — pag. 39: pro «canis» lege: et canis. —
pro «segnetur» lege: sequetur. — pag. 40: pro «puellarium»
lege: puellarum. — pag. 45: pro «hunc libro» lege: hoc
libro. — pag. 48: pro «equunlei» lege: equulei.

Omnibus sociis lectoribusque «Iuventutis» omnia fausta
his festis Christi nati sollemnibus precamur.

=====

Sumptibus Societas Magistrorum Intermedi-
scholarium Catholicorum. — A Katolikus
Középiskolai Tanáregyesület költségén.
(Praeses: DR. IOANNES KISPARTI, elnök.)